

da : VISITE PASTORALI
anno 1753

CHIESA
" Santa
MARIA Ass. "

1753

DECRETA condita Pro Ecclesia Parochiali S.ta Maria in Caelum
Assumptae loci Gorla Majoris.

1753

Venerabilis Parochus describens baptismata ne adhibeat haec
verba legitimi matrimonij, sed haec = legitimi consorti =
Juxtà normam à Nobis emanatam.

Longitudo sacri lapidis inserti ALTARI S.Margarita circumversus
et Sacerdotem celebrantem convertatur.

Cappella
S. MARGARI-
TA -

Resituatur mos ille antiquus (?) sepeliendi cadavera aut in
Caemeterio, aut in Sepulcris extà ipsam Ecclesiam effossis.

Prima in fornice, et parietibus Cappella B.V. Maria obstruantur

Ven.lis Parochus paret ephemeridema , in qua Sacerdos offijs
intzresses manu propria se interfuisse , ac celebrasse tali die
testentur.

Clericus GAUDENTIUS MOCHEPTUS - titularis Missa quotidiana
Instituta à nunc qm. BERNARDINO della CRUCE ad Altare Majus
huius Ecclesia, neglexit celebrationem Missarum plusquam
quatuorcentum a die 22 Febrarij 1752 usque in paesente diem.
Itaque exhibeat idem Titularis documenta in Cancellaria, cur
supradictas missas celebrari non curaverit.

Recognità summà librarum 412.4.3.; quas favore huius Ecclesia
exponderat R.dus Parochus FLORINDUS, et etiam recognità summà
librarum 31.10.6, quam Ecclesia solvit ~~X~~ Nobile Marchio
CAROLUS TERZAGUS, ut ex singraphis nobis exhibitis, idem Nob.
Marchio debitor REMANSIT Ecclesiam versus librarum 186.5.3, quae
sunt reliqua parj librarum 630., quas penes eum deposuerat idem
Parochus FLORINDUS usquè ab anno 1743 die 22 7bris quasque
implicare opus erat ad Ecclesia proventum.

da VISITE PASTORALI
anno 1753

CHIESA
" Santa
MARIA Ass

1753

1753 Tam verò ut appareat summa, quant debent ij qui ejusdem
bona anno 1743, et alijs retro actis administrarunt,
mandamus ad nos administrationis libres Mediolanum de-
ferri ad hunc finem, ut tabulis dati, et accepti per-
pensis ij, qui debitores apparebunt, compellantur ad re-
stituendum Ecclesiae capitalem summan librarum 700, quae anno
1741 die II Augusti repetita fuerunt à manu qm. JACOBI
MONETA, penes quem contractu census exstabant implicatae
Ven.li igitur Parocho sollicite cuare huius nostri
Decreti executionem praepimus.

1753 De Ipsa Chiesa

1753

In loco aliquanto caeteris adjacentibus editiori, et longius ab omni strepitu aedificata hac Ecclesia Parochialis ad nomen, et honorem B.V. MARIA sub titulo ASSUMPTIONIS ;

eius erectionis annus ignoratur; consecratione caret; unica navis constat, cuius longitudo est cubitorum duorum supra triginta et unciarum sex decem ; latitudo est cubit : 17 - unciarum 8
Altitudo - cubitorum quindecim.

Per tres ianuas in fronte impressum admittit -;
earum primaria alijs lateralibus latior est, ita et ornatiore.
Tectum superius lateritium est, inferius laqueari constat,;
Pavimentum item lateribus stratum.

Parietes calce, et albario decenter illis sunt.

Ingredientibus duo vasa è marmore subministrant aquam lustralem; eorum unum hinc, illinc alterum propè januam majorem, utrumque parieti inhaeret.

Septem fenestrae eò loci fuerunt adaperata; ut et navis, et capella luculentur illustrentur : Sepulcra duo enumerantur; Uno pro Sacerdotibus, alterum pro Communitate;
ea quidem duplici integumento, sed non utroque lapideo, operiuntur; idque fortassè in causa est, ut ea graviter faeteant.

Propè Capellam majorem ad meridiem assurgit **TURRIS CAMPANILIS** Campanile in cuius fastigio tres pendent campanae non levis ponderis; earum una horologij malleolo inservit pro diversa horarum ratione significanda, exterius ad Orientem, et Occidentem Ecclesiam circumdedit Caemeterium , idque muro septum.

In Caemeterio adest locut ossarius Sacristiae adherens; Sacristia sub fornice est, atque ad altitudinem cubitorum ferè septem ascendit.

Parietes quoqueversum sacris picturis renident

da ; VISITE PASTORALI
anno 1753

CHIESA
" Santa
MARIA Ass."

SACRISTIA

1753 de SACRISTIA

Ostium intrę Ecclesiam, et exsrà cancellas Capella Majoris ad meridiem adapertum ingressum praebet in Sacristiam, cuius longitudo cubitorum 13, unciarum octoę , altitudo ferè undecim Latitudo item' ferè undecim.

Eadem tegitur opere concamerato.

Solum arneata calce stratum. Parietes abario suprinducto collustrantis satis superque lucis excipientes à duabus fenestris ad orientem adapertis.

Adest Oratorium, quos Sacerdos celebraturus se recipiat , affixis in pariete sacris imaginibus , et tabella Orationum Imago JESU CHRISTI Domini Nostri loco conspicuo affixa; Vas aquarium siliceum cum tubulo aeneo;

Armario ad sacras vestes , calices, et alia id generis asservanda;

Tabellae, literae, minimè desiderantur; excipe codicem, in quo Sacerdos officijs interessentes manu propria se interfuisse; ac celebrasse tali die testentur; de hoc enini vide Decretum infrà referendum.

Sacra autèm' supellex, sivè ejus forma, sivè pretium, sivè numerus spectetur, instructionibus S. PA MEDILONANENSIS ECCLESIA Omni ex parte conservit.

da : VISITE PASTORALI

anno 1753

CHIESA
" Santa

MARIA Ass."

I753 De Sede CONFSSIONALI, SUGGESTU, ORGANO, et CAPSULIS ELEMOSYNARUM

I753,

Duae Sedes Confessionales à tabulis nuceis politè elaborata in hac Ecclesia fuerunt collocatae.

Iisdem nec laminae ferrae tenebratae dexunt, nec multitia, nec licterae processus, nec tabella, nec pia imagines.

Extra Capellam majorem à latere Epistolarum loco conspicuo ex tabulis scilicet affabrè confectus suggestus quadranguli aspectus parieti adheret.

Extra, et propè Capellam majorem ab Evangeliorum latere suprà Odaeum non infabrè elaboratum resonant ORGANA, sine quibus symbolum totum à CHORO canitur.

Ad eleemosynas colligendas duae capsula exponuntur; singulae duplici muniuntur clave diversi operis fabrilis; clavium una penès Ven.lem. Parochum, altera penès Thesauriarum asservatur. Eleemosyna in usum, et ornatum Ecclesiae impenduntur.

I753

De Sanctissima Eucaristia

I753

Plures particulae consecrata a fragmentis purgata, quas singulis diebus dominicis Ven. lris Parochis curat renovari, in pyxide argentea cum cuppa intus inaurata, velo serico rubri coloris coperta, assidue in hac Ecclesia Par. li asservantur.

Tabernaculum ex marmore constat; id intrinsecus populeis tabulis circumamicitur ad arcendam humiditatem, quae ex marmore ecistit, tum serico panno rubri coloris introvestitur, iterunque ejusdem planum mundo sternitur corporali.

In valvula Ostioli ab exteriori parte cena Domini representatur Ad eam occludendam argentea clavis, ex qua sericus flosculus rubri coloris pendet, solet adhiberi.

a. 1753

" Santa

MARIA Ass. "

1753

De SACRIS OLEIS CHRISM, CATHEC, ET INFIRM:

Ad sacra predicta olea osservanda vascula ex argento adhibentur
Vascula in ceteris ex materia solida cum operculo tota coris
exterius, interius serico praescripti coloris pro diversa Olei
ratione includuntur.

Sacrum autem Oleum Infirmorum intrà fenestellam in pariete
Capella Majoris ad normam aedificatam;

Olea verò Chrism, et Cathec. intrà Armarium in pariete late-
rali Capella Bapt sterij extractum custo-diuntur